MONUMENTA
GERMANIAE

alios in futuras reges eligebant, ut supra patuit evidenter sed sub dubio est quis vel qualis finis sit secuturus, quia sepe voluntas paparum fuerat frustrata, ut patet illis qui speculum historiarum et alias cronicas diversas perfectius intue-bantur.

M tria c iungo. Hic subiungit auctor quod preceteris archiepiscopis et episcopis litere absolutionis a domino papa Clemen-te sexto sub bulla domino fridrico epis-copo babenbergensi specialiter committe-bantur, qui sub anno domini mcccxlviii ante festum purificationis sancte marie cum sepedicto Karolo rege venit in ul-mam civitatem, constantiensis diocesis, absolvendo ibidem et etiam in aliis locis dominos terre et insuper clericos seculares et religiosos et plebem utrius-que sexus iuvenes virgines senes cum mulieribus cuiuscunque status seu con-ditionis fuissent. Illis autem qui absol-vebantur dabatur forma iurandi ad sancta dei evangelia sumpta ex bulla pa-pali secundum tenorem infra scrip-tum. Nec quisquam absolvebatur nisi prius per se vel per procuratorem ydoneum sufficienter instrumentum iu-raret eundem tenorem per omnes arti-culos sibi complicatos se dolo et fraude semotis penitus servaturum.
Sequitur tenor articulorum, quos clerici